



Albertus in pago Rigmersdorff natus rustici filius fuit. Verum is a teneris annis literas amavit, et earum amore hinc inde ad varias Academias profectus, in uirum doctissimum euasit. Itaque sacrae Theologiae Doctor factus, ubique disputando & legendo sese exercuit, atque se obiter in pontificis amicitiam insinuauit. Cum interea Episcopatus Halberstatensis uacaret, Urbanus 5 pontifex eum in eius loci praesulem 31 elegit. Eam functionem ipse gnauiter peregit, atque magna gloria Episcopatum mirum in modum erexit. Cum autem ob finium disceptationem a Gerardo Hildesheimensi praesule uictus esset, postea pacem unice commendauit, atque dissidentes principes inter sese composuit. ostendens belli euentum dubium, & fortunam inconstantem esse. Nihilominus tamen praedones in Saxonia grauius persecutus, atque ditionem suam legibus et edificijs in multis locis decorauit. floruit is circa annum 1380. Ano, Crantz,

mendauit, atque dissidentes principes inter sese composuit. ostendens belli euentum dubium, & fortunam inconstantem esse. Nihilominus tamen praedones in Saxonia grauius persecutus, atque ditionem suam legibus et edificijs in multis locis decorauit. floruit is circa annum 1380. Ano, Crantz,